



Universitätsbibliothek Paderborn

Homiliæ Qvadragesimales Reverendissimi D.ni P. F. Hieronymi Baptistæ De Lanvza Venerabilis memoriæ Episcopi Barbastrensis & Albarrazini, Ord. FF. Prædicatorum

Ex Hispanico idiomate in latinum perfectè fideliterq[ue] iuxta posteriorem omnium, nouamq[ue] editionem translatae, & ab innumeris cùm S. Scripturæ, tùm SS. Patrum typographicis erroribus emendatæ ... cum triplici Indice ...

Lanuza, Jerónimo Bautista de

Antverpiæ, 1649

§.1. Fuit hoc opus velut ampliſſimus putens as Isaac effoſus, quem Palæſtini obcœcare non potuerunt.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-53104](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-53104)

accedendo quæ verba protulerit, quos gestus ediderit, quos rugitus vt leo quos gemitus, quos ploratus: qua ratione voluerit ire ad sepulchrum, vt præfentes omnes oculis suis defunctum conspicerent, & corporis foetorem & corrupti olfactum, producit: testes, sorores, amicos, aduenas, nobiles, qui accurrerant illas de morte fratris sui consolatur: aliosque innumeros, protestationem enarrat publicam quam altissima voce edixit. declarans opus illud se tacere in diuinitatis suæ testimonium efficacissimum: vocem refert imperiosam, quâ velut Deus vitur, quâ ratione viuus coram omnibus de tumulo sit egressus, ille qui defunctus iacuerat pedoreque corruptus: prohi quale sidus saluiferis influentijs omnibus utilissimum.

VII.
Mors in
olla La-
zari sig-
nat resur-
rectionem.

Elizeus manuum suarum virtutem ostendit in olla corrupta quæ mortem præferebat: quidquid enim in ea congestum erat venenum lapidebat (& ita tellantur repetita sæpe verba præsentium: *Mors in olla, mors in olla*) illam tamen ollam in vitam conuertit antidotum, ita vt ex illa circumstantibus omnibus epulum eliceret, quo nullum salubrius, nullumque suauius; quæ olla ita putrefacta est hæc sepultura? ipsæ defuncti sorores exclamant aiuntque: *Mors in olla: ambæ* namque Christo fratris obitum protestantur, quarum altera Christum à sepulchro conatur auertere dicens: *Domine iam facti quatuordecim enim sunt: porro Christus accedit* (cuius expressam figuram prætulit Elizeus etiam in ipso nomine quod significat *Deus saluans*) manum applicat suæ virtutis ollæ corruptæ: mediante voce suâ diuinâ, indeque elicit vitam & epulum omnibus saluberrimum: Lazaro vitam, sororibus eius exultationem, amicis consolationem, discipulis confirmationem, omnibus bene affectis & sinceræ mente accedentibus fidem, inimicis suis recalcitrantibus stuporem: fidelibus suis excellens suæ diuinitatis argumentum, nobis autem documenta profus admirabilia, quibus mortui vitam gratiæ consequantur nos suâ Spiritus S. committitur illamque obtinebis, quæ eiusdem generalis est œconomia, si humili prece eam deprecemur dicendo: *Aue Maria.*

§. I. Fuit hoc opus velut amplissimus puteus ab Isaac effusus, quem Palæstini obsecrare non possunt.

☞ 3
Lib. de
Isaac &
anima.

Enfuit D. Ambrosii. opera quæ Spiritus S. exarat de Patriarcha Isaac adeo præclara vt

ad illa pro debito decifanda librum de illis composuerit quem inscripsit: *De Isaac & anima*. Isaac figurauit Ch. illi.
ac particulari credit plurima complexi mysteria illud, quod facer textus enarra: de nonnulli puteis, quos aperuit. Descendit hic in terram Geraris quæ regio erat Palæstinorum: erat autem populus hic peruersus, inuidus, multisque sceleribus inquinatus: in hac regione agriculturam exercere ac seminare contendebat; quia verò terra hæc erat arida nullis fontibus nullisque rivis rigata (sic enim aduertit Plin. Janimo proposuit quosdam effodere puteos quales modo effodimus cum molis aquarijs, vbi nulla emanabat aqua illisque sibi præualebat. Seminebat & ilico aquam educebat quæ sementem irrigaret, vnde messem collegit abundantissimam: viti huius prouentui atque incremento inuiderunt Palæstini, quibus celebris atque in tota regione eorum reddebatur famosissimus, quocirca puteos illos omnes quos effoderat obuere decreuerunt, inter illos autem tres erant celebriores: primus in terra sterili & inaquosa, vnde fuit opus illud admirabile: verum liuore tabescens Palæstini questionem illi mouerunt acerbissimam, insimulantes, quod nequam esset, inimicus Dei, atque ad illum minime spectare aquarum hanc abundantiam, quocirca nomen puteo imposuit: *Calumniam*: quamobrem nomen putei ex eo quod acciderat vocauit *calumniam*. Confestim alium effodit ampliosem; viderunt illum & tantas ob illum excitarunt inimicitias, tamque graves similitates, illum obstruere conati, vt illi nomen dederit: *Inimicitias*. Post hæc tertium aperuit amplum adeo, spatiosum, ac profundum, vt ipsi viderent eum nullatenus se posse obsecrare, quocirca nomen illi imponitur: *Lacitudo*, pro quo non contenderunt: quinimo se superatos esse fassi sunt, atque in concilium conuenientes omnes principes cognoscunt, quod qui tales tantisque puteos aperiret aliter fieri non posset, quin copioso Dei munere fulciretur: & nedum non ausi sunt persecutionem in eum excitare, sed vnanimes omnes decreuerunt perpetuam cum illo amicitiam coniungi, eumque velut Dei familiarem si quæ impiam alium summe petere reterret: illum igitur accedunt rex Abimelech eiusque curiæ principes in hæc verba virum alloquitur: *Domine mi fœdera iungamus amicitiam, etenim omnes te currimus vobis amicum, aperte namque nobis constat Deum tibi esse propitium: Videmus tecum esse Dominum &c.*

D. Ambrosii.
Adest modo D. Ambrosii, atque audin? hanc Lib. de
historiam? quis credat non magis hanc gra- Isaac cir.
uidam & 4. Tom. 1

vidam esse Sacramentis: Quis hac legens terrena magis quam spiritualia opera esse arbitretur. Praeclara valde hæc expendit D. Ambrosius, cæterum ea solum nos expendamus quæ nostro congrua sunt instructio. Isaac prototypus, expressamque Christi gessit figuram. hic in hanc venit regionem doctum autem seminatorem caelestem, hoc ipse declarat in parabola quam proposuit de seminante: Qui seminat est filius hominis; semen autem præcipuum erat: fides circa personam suam, quod esset innotum Filius Dei. Ut autem illa radices in cordibus ageret, fructumque produceret multiplicem, aqua requirebatur fecunda miraculorum sine quibus nulla speranda esset messis abundantia: ad hoc quædam: tot puteos effoderit quot miracula patrauit, eaque conati sunt Iudæi occidere eius gloria amuli, prout quotidie per singulos Evangeliorum discursus annotauimus, in illis tamen tria fuerunt omnino sing. Iaria, quæ describit Ioannes Evangelista: primum in terra sterili vnius paralytici fuit, consumpti paralytici per triginta & octo annos, curatio, hunc etenim vnicò verbo: Surge tolle lectum tuum exiit in pedes, sic vt certum dixisset esse velocissimum, huic puteo se aduersarios Iudæi opposuerunt, illum conati occidere, blasphemiam in eum contumeliosè, accusantes, quod iurans esse Dei eiusque legis inimicus, eo quod in Sabbato se uilia mandata exerceri opera, quale confesbat esse grabatum in humeros tollere: acris adeo fuit hæc contentio vt Christus cum illis perlongum protraxerit questionem, quam clara opera literis mandat D. Ioannes. de in secundum effodit puteum in oculis illius, qui oculis orbis in lucem prodierat, hunc viderunt & actum conati illum obcecate, non vulgares cum cæco iam illuminato contentiones litæque instituerunt, nunc vnum, modo alterum conuocantes concilium: nunc ad vnum modo ad alterum eorum provocantes tribunal, modo parentes quæstioni durissimæ subijcientes furentem suam in Dominum liuidi prodeutes inuidiam.

II. Aqua rigatur fides in est miraculis

III. Tres putei, tria signant miracula:

IV. Resurrectio Lazari puteus amplissimus

Tandem tertius apparuit puteus, in sepulchro, in quo Lazarus mortuus corruptus totidiesque prosternebatur ex quo illum eduxit viuum ad suæ tantummodo vocis imperium, in totius populi catu nobilissimo, cum expressa protestatione, voce præconia atque elata quod illum effoderet in huius veritatis confirmationem, quod filius esset Dei nissus in mundum: *Vi fecerit quatuor me misisti*: possibile non est hunc occidit puteum inquit D. Augustinus. tota licet inferni puteo iniiciatur malitia: neque enim negari potest o-

pus ad omnium oculos effectum, nec occultari factum adeo propatulum, nec calumniari quod eum expressa protestatione agebatur, quod Christus esset Deus omnibus ob generis nobilitatem notissimus. erat Lazarus: eius mors omnibus in confesso, sepulchrum manifestum, atque in illo corpus latere corruptum omnes testes oculares, eodem modo & illis fuit evidens quod ad solū merumque Christi præceptum de tumulo viuus eueisset: viderant illum loquentem, ambulantem, conuersantem, clariora de Christi virtute proferentem testimonia: protestationem audierant Saluatoris quod signum illud ederet quærens cognoscerent quod filius erat Dei, omnes audierant nec enim quemquam latere poterat quod tam canora voce proferebat, non fuit opus hoc in angulo aut loco patratum abscondito, sed in publico prope Ierusalem, in Bethania, quò confluxerat prima totius Ierusalem generosa nobilitatis defuncti foiores visitura: *Tantum miraculum Domini tanta erat euidencia D. Auevs. diffamatum, tanta manifestacione declaratum vt non Tract. 5. o. possent vel occultare quod factum est vel negare. in Ioan. Quocirca modum non inuenerunt quo nisi quæ ad finem 29. stitnem de illo mouerent, nec illud calumnijs aut sunt impeterent tanta namque fuerat euidencia defamatum vt nullam admitteret exceptionem. quid egerunt concilium coegerunt, ingenue falsi nullas sibi vires adesse quibus hominis illius viribus obfisterent, nec media quibus, inuidia stimulari, puteos obstruerent miraculorum, opera namque erant talia quæ totum possent post eum trahere mundum fidemque adstruere filij Dei.*

Cæterum nequiores fuerunt hi ipsi Palæstinis, illi etenim si obsecare audierint primos quos effoderat Isaac puteos eo quod sibi vires ad hoc crederent esse sufficientes, attamen vltimè Iudæis videntes vt amplum ita profundum nec modum nequiores superesse illum obtinendi, concilium conuocant res, vt cum eo foedera sanciant amicitia: illi verò qui signis omnibus Christi conati fuerant inferre calumniam, hoc vltimo viso adeo splendido vt nulla ex parte possibile foret illi derogare; in Concilium conueniunt vt rei veritatem faterentur sicut de factis confessi sunt, nec tamē se illi victos subdere conclusum suū, non illum admittente tamē qualis erat, sed item illi intendentes de huius operis excellentia, nec non alia in causam adherentes, fera e mortis in eum protulerunt decretum: etenim communi calculo senserunt expedire, vt moreretur ille, qui tantas illis excitabat iragodias, vt die Veneris sequenti

latius dicendum, quinimo ea de causa Euangelista Ioannes hoc omnium miraculorum eius statuit postremum eorumque quae referunt in factus Saluatoris, & hoc capitulum sic orditur: *Erat autem quidam languens &c.* illo aduerbio autem quod grammatici dicunt aduersatiuum, designat quod quamuis multa retulerit portentosa miracula ad intentionis suae veridicam assertionem, finem imponere voluit huic historiae supremo omnium miraculo: quasi dicat: praecara admodum procul prodigia nunquam visa, quae Christus edidit in aquis illas in vinum transmutans, in Samaritana, illam ex meretrice publica creans Apostolam: in paralytico apud piscinam: in palcendo quinquaginta milia hominum, in caeco a natiuitate, multaque alia infinita liceret signa proferte, verumtamen hoc vnicui concludere animus est, quod patrauit in Lazaro ad Bethaniam in quo prodigia cuncta comprehenduntur. Sic hoc

D. Avrv. Serm. 104. de temp. Tom. 10. VI. Lazari resuscitatio signum omnium maximu. Serm. 63.

intelligit D. August. *Multa quidem signa ac virtutibus Dominus ac Saluator noster Christus Iesus dimisit acti: sus potentiam declarat, sed maxime in Lazari morte, ostendens se esse eum de quo scriptum est: Dominus viritum nobiscum.* D. August. ad rem manum dat D. Pet. Chrysost. hoc primum supponens: quod inter signa Saluatoris palmam ceteris eripuerunt resurrectiones, quas in mortuis est mirabiliter operatus: etenim in singulis earum reliqua omnia comprehenduntur: si namque miraculum fuerit caeco visum restituere, alibi surdo auditum, hic gressum claudico &c. omnia haec in mortuo simul coniunguntur: etenim illum ad vitam resuscitans omnia haec simul illi concedebat, visum, auditum, gressum &c. supponit secundo: quod inter prodigiosa a Christo factas resurrectiones haec ceteris fuerit illustrior: quocirca si puellam ad lucis usuram reuocauit, filiam Lazari principis Synagogae, iam illa recenter obierat & iuxta mulierum Iudaeorum errorem, opinabantur quod adhuc anima circum cuba corpus obambulare: deinde factum est hoc in cubiculo coram tribus tantummodo discipulis suis & patre ac matre defunctae parentibus, iisdemque testibus. Si viduae filium surgere fecit ad vitam iam domo elatum ad tumulum mulierum coram adstantibus ut diximus heri, adhuc corpus supra terram etate incorruptum.

VII. Ex illo descendit D. Ioan. velut ex montis

Ceterum hoc in opere nedum erat Lazarus mortuus, sed iussu eius iam adibus elatus & ad sepulchrum delatus & sepultus, imo etiam in sepulchro corruptus ut nihil morti modo superesset quod in illo operaretur. Nihil testat vltimus considerandum ad tanti miraculi magnitudinem

quocirca pedem hic sicut Euangelista, nec ultra vertice ad in referendis Christi miraculis calamum applicat, Christi sed hoc exarato iam Christi passionem inchoat passionem. explicare, posuit autem hoc capitulum velut altissimum montis fastigium: cum enim ex vna parte absoluerit ascensus, ex altera paratur descensus: totum hoc D. Ioan. Euangelium viginti & vnum complectitur capita: decem ascensus: miracula vitamque scribens. Saluatoris: & decem descensus ea referens quae ad eiusdem spectant passionem: in medio eminet hoc capitulum velut vertex montis: hoc autem est quod praemanibus habemus: hic namque ascensus terminatur miraculorum Christi, his nil datur ultra, atque ex illo descensum incipit, ex eo quod dicitur, miraculum hoc fuisse illud, quo Iuda Iudaeorum rabies exarduit, qua moti eum ad mortem condemnarunt.

Quantum sapio, procedit D. Euangelista contra VIII. formiter illi, quod pro fundamento statuerat in Similitudine exordio sui Euangelij, quod Christus sol esset digne mundi: *Erat lux vera qua illuminat omnem hominem: de sole testatur Spiritus S. Procedit & firmatur crescit utque ad perfectam diem, diluculo aureus Ioan. 1. 1. prodit, noctis dissipans tenebras, & licet in se Prou. 4. 1. aequalis semper habeat lucem, eiusque totam plenitudinem, verum illam paulatim mundo manifestat usque ad meridiem, nec vltius progreditur, sed paulatim descendit suamque lucem subtrahit, donec alterum visitans haemisphaerium velut tumulo sepeliatur. En tibi solem diuinum mundo serenum illescentem: quem lucis suae radijs quos in natiuitate sua protulit clartores, illuminat, semper accrescens & fulgentiores de se radios emittens, euidetiora diuinae suae personae argumenta, salus illustres eubians radios quos vates Malachias pennas appellat. O Malac. 4. rietur vobis in montibus nomen meum sol iustitiae, 2. & sanctus in penne eius; procedit & crescit lux haec usque dum meridiei fastigium ascendat, in hodierno nempe miraculo non est hic vltius progrediendum, nihil ultra flagitandum ut miracula quae in insigiosa: nec enim danda superflua sunt. Hoc ipsi inimici cognouerunt pariterque confessi sunt dicendo: non est quod praeciora requiramus: *Hic homo multa signa facit: si demerit. Ho. 18. 29. mus eum sic, omnes credent in eum.* Cum tale sit 21. in 1. 1. tantumque hoc miraculum D. Ioan. Euangelista hoc omnibus suis circumstantijs & conditionibus spectatu dignissimum exarauit: Et ita ut notat D. Chrysost. I cum Spiritus Sanctus sit Sacrae scripturae principalis, ne vnica quidem syllaba in illa fuit nec verbum, nec punctum, eam illud quod*

quod videtur inadvertenter dictum, & nulla de causa, quod sua profundissima non contineat sacramenta: quid ergo de illa scriptura censendi quam idem Spiritus S. per manum aquilæ illius cælestis D. Joannem intelligo, expressit, in non parvam Christi gloriam eiusque divinitatis assertionem, qua coronidem imposuit processui quem D. Ioannes huic congruum scripsit intentioni: expendamus igitur illas, quas possumus pro temporis angustijs.

§. 2. Erat quidam languens &c. Maria autem erat &c. Eleganter probat Evangelista Christi divinitatem ex isto quod in Maria & fratre Lazaro est operatus.

Inscribatur in Bethania non leuiter Lazarus omnibus notissimus cum ex se tum ex sororibus suis Maria & Martha, notanter autem cognita erat Maria: erat etenim illa quæ suis repudiis vanitatibus carnisque lascivijs remittens ad Christi pedes confessa procurrerat, eosdem lacrymis suis rigans, vnguens vnguento, tergens capillis, oscula illis ingens deuotissima: Maria autem erat, quæ unxit Dominum vnguento & extersit pedes eius capillis. Per transfennam hic leuiter considera quod in cortice literæ patet manifestum, quæ cura scilicet Evangelista hæc omnia designet, suisque proprijs exprimat nominibus: locum, infirmum, sorores, quod omnes essent publicè notæ, quod nihil hic factum sit admittendum, sicut illa quæ de longinquis adseruntur regionibus, atque de personis nemini cognitis, nec expressis: hoc unum est argumentum quo præter alia historiographi se veritatem dixisse confirmant: sic aduentu D. Petrus Chrysol. alia licet intentione, hic tamen ad bolidem cadit: Locum, tempus, personas, & Evangelistæ de annu. lista designat ut relationis veritas manifestis ipsarum rerum comprobetur indicijs. Verumtamen cogitationem tuam reflecte, ad id quod D. Ioannes narraturus hoc miraculum de Lazari: resurrectione scribat quasi inadvertenter & per parenthesis id quod primum operatus fuerat Christus in Magdala sorore Lazari dicendo: Maria autem erat quæ unxerat &c. quæ cum esset mulier in ciuitate peccatrix lupa notoria, inferni titio, eam Christus in Seraphinam mutauit amore flagrantissimam, connectens huius Lazari resurrectioni quo ad corpus; illam quam ediderat in sorore Maria quo ad animam; quatenus argu-

mentum proderet firmissimum atque irrefragabile (a) potestatis atque essentia, Diuinitæ in Christo Iesu, quod ipse isdem Iudæis designarat, & canto, quando manifestus hauc illis aperuit fidei veritatem.

Idem scribit Evangelista Ioannes (vt notat Lib. 20. de D. August. Inse admodum, ac singulariter grauius, c. 6. & tract. 12. in Ioa. & ser. 64. occidere: quia parato paralytici ad piscinam miraculo illis significauit, imo dixit aperiens, de verb. virtutem suam esse diuinam, seque Deum Patri Domini, æqualem: Propterea magis quarebant eum Iudæi Ioan. 5. 18. inuiscere &c. quia patrem suum dicebat Deum, æqualem se faciens Deo. Vnde colligo quod illa Saluator non dixerit imperfectè & quasi multitando dentibus sed adeo manifestè vt sicut hoc perducles illi intellexerunt eius inimici potuissent hoc ipsum Arius eiusque sequaces intelligere, eum illi bile rabida contra Christum infremere conati vt palinodism caneret; nedum non dicta reuoco responderet Dominus sed hoc vobis sic probabo clare, vt nunquam clarius, certum est illum esse Deum qui opera facit Deo propria & eodem modo quo Deus, illa ego facio: Quicumque pater facit hæc & filius similiter facit. Quomodo probas hoc? supponit id quod Psal. 111: Propheeta regius duo esse opera Deo propria. Duo operum: anima impertiri vitam gratiæ, quæ per peccatum mortua erat: secundum, mortuum de mortis potestate vindicare, quem habet in sepulchro captiuum: Deus noster Deus saluus facit &c. Domini Domini exiit mortis.

Sic verba illa intellexit D. Basilus & notat in scolis Cardinalis Bellarminus in Hebræo haberi nomē in, ineffabile Deo proprium, quod bis repetitur: Psal. 67. Domini Domini, quasi per hoc certius alleuetando, eo modo quo dicit Sacerdotis est absolute à peccatis, hæc duo opera faciam ego ait Christus. Primum: virtute verbi mei resuscitabo animas mortuas per peccatum, hoc illis verbis: (teste D. Aug.) indicatur: Amen dico vobis, quia venit hora & nunc est; quando mortui audient vocem filij Dei, & qui audierint uiuent. Non hoc intellexeris, inquit, de mortuis quo ad corpus sed quo ad animam, illi namque pleno ore mortui appellantur: Mortui: non est ista resurrectio corporum, sed animarum, habent enim anima mortem Tom. 4. suam in impietate atque peccatis, de qua dicitur, sine mortuos sepelire mortuos suos.

Secundum: omnes mortuos corporaliter resuscitabo & vocis meæ virtute eos de monumentis excitabo rediuinos: Venit hora in qua om-